



## APPROBATIO CENSORIS

### APOSTOLICI ET REGII.

*Legi & attente examinavi hoc opusculum, authore  
eximio patre ac magistro nostro J. MAUGIS, in  
quo nihil reperi preter ecclesiae doctrinam circa ca-  
sum, qui communiter dicitur casus Apostoli; un-  
de illud prelo dignissimum censco. Dabam Lovanii  
hac 30. Julii 1771.*

*FRANCISC. JACQUES dic. JACOBI, sacr.  
theol. licent., insig. eccl. colleg. S. Pet. can.,  
apost. reg. lib. per Germ. inf. vis. & cens.,  
coll. tril. in alma univ. Lov. præf.*

---

*Imprimi potest. Dab. Brux. 9. Julii 1771.  
F. R. DE BERG sacræ suæ Cæs. ac  
apost. majest. in Brab. subst. proc. gen.  
ac regius libr. cens.*

Huic scripto opposita fuit sequens assertio, in  
scholis jurium propugnata 23. Augusti 1771.

Benedictus XIV., pontifex vere maximus, in  
suo tractatu *de synodo dioecesana lib. VI. cap.*  
*4. n. 3.* scribit: *Certum esse infidelium conju-*  
*gium, ex privilegio in fidei favorem a Christo*  
*Domino concessò, & per Apostolum Paulum I. ad*  
*Corinth. cap. 7. promulgato, dissolvi.* Hujus sum-  
mi viri opinioni libenti animo subscribemus,  
ubi de hoc privilegio edocti fuerimus, five per  
textum aliquem scripturæ, five per traditionem,  
five per praxin ecclesiæ. Sed cum de tali privile-

gio per Christum Dominum concessò hactenus nobis non constet, tutius putamus infistere doctrinæ ipsius Christi Domini, verbis claris & generalibus Matth. XIX. ¶. 9. respondentis Pharisæis: *Quia quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mæchatur, & qui dimissam duxerit, mæchatur.*

Subjecta fuit & hæc, quæ hic additur, positio.

Idem pontifex in præfatione sua pag. ult. ita scribit: *Libenti animo subscribimus doctrinæ scriptoris egregii Melchioris Cani, qui de libris agens, qui a summis pontificibus conscripti publicantur, ait: Cum edunt libros de re qualibet Romani pontifices, sententiam suam, ut homines alii docti, exprimunt, non tanquam ecclesiæ judices de fide pronuntiant.*

Et circa finem mensis Aprilis 1772. aduersus idem scriptum evulgatum fuit

# PAULINI NERVII JURIS-CONSULTI

P R O

INSOLUBILITATE MATRIMONII

I N

*Casu Apostoli I. ad Cor. cap. 7.  
Certamen Theologo-Juridicum.*

G A L L I P O L I,

Excudebat Ambrosius Stampatelli,

Cum permisso & facultate superiorum.

M D C C L X X I I .